

## PRÆFATI<sup>O</sup>

rentum nostrorum, à Vinea Domini  
abhorreamus, honorandi & pluri-  
mūm dilecti fratres in Domino, mi-  
hi & vobis omnibus incognitum nō  
potest esse, nimirum ex verbo Dei,  
sacris Prophetarum & Apostolorum  
scriptis comprehenso, testante idip-  
sum quoque nostra vniuscuiusque men-  
te, cogitatione, viribus, conscientia,  
& tota vita edoctis. Constat enim,  
nisi ex gratuita misericordia optimi  
nostr*i* Dei, & benignissimi Patris in  
Christo, veri illius locupletissimi pa-  
trisfamiliās, vocati fuerimus, vt nos  
nostra sponte exterius maneamus,  
& stemus perpetuo ociosi: deinde ve-  
rò etiamsi intus simus, si tamen non  
abs eodem clementissimè nobis datū  
fuerit, nihilominus fiat, vt aut noli-  
mus, aut non possimus quicque opera-  
ti: ad hēc si quoque laboremus, tamen  
id faciamus vel inuiti, vel oscitantes,  
vel aliter quam facto opus est, aut Pa-  
terfamiliās volet, atque ita quod ille  
ait:

*Nitimus in vetitum semper, cupimusque negata.  
Ô igitur*